

Thomas Lindemann


Programma Lugubre, quo ad funebrem deductionem Viri Nobilissimi Et Spectatissimi, Hinrici Sibeth Civis huius urbis honoratissimi, ordinis litterarii favoris eximii, Sub Exitumanni Praeteriti, ... cives Academici invitantur

Rostochii: Pedanus, 1620

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn787922021>

Druck Freier  Zugang






1 Kuffler.

N^o. l. - 240 (3.)
Kl. - 240 - (3)





PROGRAMMA

27

Lugubre, quo
ad funebrem deductionem

VIRI

NOBILISSIMI ET SPECTATISSIMI,

HENRICI

SIBETH

8

Civis hujus urbis honoratissimi, ordinis
litterarum favoris eximij,

SUB EXITUM ANNI PRÆTERITI,


hominem, præter hominum opinionem exuentis, Et
novi hujus anni initio, matri suæ terra, Et Domi-
no suo J E H O V A restituendi, cohone-
standam, cives Academici

invitantur:

P. P. RECTORE

THOMA LINDEMANNO

J. D. & Professore.



ROSTOCHII

Typis JOACHIMI PEDANI, Acad. Typog.

Anno M. DC. XX.

I.



Alendas Nonasq; Januarias
circa hocce anni tempus recur-
rentes, tam Gracis quam Ro-
muleis, gentilibus juxta ac
Christianis solemnes Jubileas,
votivas, festasq; fuisse, ex hi-
storiarum monumentis acce-
pinus. Numa Pompilius, Ro-
manorum Rex secundus, exactiorem anni supputa-
tionem indagans, à Calendis Januarijs non tantum
annum exorsus est, sed & ut ejusdem auspicium fe-
lix, optatumq; successum & progressum sibi in vicem
subditi voverent, & comprecarentur instituit:
Eumq; morem pium ac laudabilem in primitiva
Ecclesia sanctè observatū fuisse, cum Polydorus Vir-
gilius & historici Ecclesiastici, tum experientia ipsa
contestantur. Vota hæc pia, sub novi hujus anni
felicibus auspicijs, dum animo concipio, & omni-
bus hujus urbis incolis destino, ecce atra nubecula
diei hujus alba splendorem offuscat, & obitus viri
nobilissimi & spectatissimi HENRICI Sibeth/
affinis & compatri nostri colendi, præter opinio-
nem nunciatus, votis conceptis nenas miscendi, cau-
sam & occasionem inexpectatam præbet. Numa
prædictus, luctus & gaudij hujusmodi perpetuum
quasi vinculum & conjunctionem agnoscens, mensi
huic quem ingressi sumus nomen à Jano bifronte in-
didit:

didit: "eoq; ipso nos non tam vita anno praterito feliciter acta prosperitatem, retrospicere, sed & mortis tacito pede subsequenter, imò nobis apparentis celeritatem cotidie perpendere, ad eoq; obtutu bifronti vita & mortis imaginem contemplari oportere, innuere voluit. Unde idem Rex non leges tantum votivas, sed & lugubres publicavit, & non minori pena eos, qui vota viuis, quam qui iustis mortuis debita neglexissent, coercendos esse sanxit. Aegyptij quoq; anni revolutionem hieroglyphica imagine Draconis incurvati caudam ore tenentis, vita humana gyrum doloris & gaudij perpetuo quasi inflexione in orbem ductum, donotare voluerunt. Vota nunc pia ad Deum pro felici anni successu ut rata esse precibus pijs contendimus, ita & iusta exequialia pie defuncto debita lubenti quidem, at condolenti animo exsolvimus. Natus fuit pie defunctus ex familia Sibethorum in Scotia Regno illustri & famosa, patre viro nobilissimo HENRICO SIBETHE Scoto, & matre matrona honoratissima CATHARINA Bötichers, JOANNIS BOTICHERI civis hujus urbis primarij filia, pater hicce SIBETHUS fratribus suis heroica & innata virtute licet hand cessarit, tamen primogenito familia secundum Regni Scotici morem successionis jus in bona a vita sibi potius vindicante, Mercurio simul & Marti se ad-

A 2

dixit

mothæ e verò **MAGNO** Zverffen nobili Finlando
Regis Polonia militū præfecto, nuptui collocata sunt.
JOHANNES, vir doctrinæ singularis, in nobi-
lem Urdemiorum familiam transfijt, **HINRI-
CUM** nostrum pater humanioribus litteris imbui
curavit. Is post patris obitum, innata virtute
pulsus, Mercurio non tantum feliciter litavit, sed
Exoticarum linguarum addiscendarum deside-
rio flagrans, Galliam & Italiam juvenis peragra-
vit, & regiones istas Ulyssis more perlustrans, adin-
star apīs utilia delibans, & inde variarum rerum
experientia instructus, salvo & illaeso pectore syn-
cerè redijt & patrem **CAROLUM** Saffia
familia ante paucos annos junctum emulās, ex præ-
cipuo in hac urbe veneris choro selectissimam virgi-
nem **AGNETAM** BESELINAM, viri spectatissimi
BALTHASARIS BESELINI affinis & compatris
nostri honorandi, nec non matronæ laudatissimæ
CATHARINÆ RUNGÆ filiam, virorum juvenum
prestantissimorum **NICOLAI** & **HINRICI** BESE-
LINORUM sororem Anno 1516. thori sociam sibi dele-
git: cum ea pacatum, tranquillum, concors, secundū
ac sæcundum conjugium transigit, duas filiolas nunc
orphanas, illam virgulam hanc nondum anniculam
procreavit. Deo pietatem, proximo charitatem, in-
tota vita probitatem, sinceritatem, fidem omnibus
cum quibus vixit, probavit, surgens, decumbens se-
dens.

dens & ambulans gressus suos commendavit, viatico anima se instruxit, animam sanguine & corpore Christi paravit, conciones sedulo audivit, denique exemplar veri Christiani extitit. Ast eheu in medio securioris & melioris vita decursu, nihil mali suspicans, nihil sinistri ominans 3. Calendis Januarijs carpento vectus exspatians, palpitationem cordis, cui obnoxius erat, indeque deliquium animi concitatum expertus, subito oppressus, velut sopore quodam vel stupore correptus, Deo creatori inter amplexus conjugis & affinium dilectissimorum, caelum intuens, ingemiscens, & placide obdormiscens, reddidit & maestissimam viduam orphanasque ^{etiam} vagiando testantes, post se reliquit. Quam acerbum hoc inopinato casu, conjugii dulcissima parentibusque vulnus inflictum sit, nec verbis describi, nec voce efferi, & certe vix animo concipi potest. Dolorem certe talem cor ipsum penetrare, viscera omnia quasi perforare & exhaurire, illi demum qui similes casus experti sunt, testari possunt. Nec certe minor causa vidua huic est virum optimum, probum, pium lugendi, quam fuit Alcesti Alimetum, Laomededa Protefilaum, Evadna Capaneum, Panthea Susiorum Regem & Cleopatrae Antonium maritos, deslendi deplorandi. Praefas itaque ad hocce funus conducere, Romanorum more, haud necesse est. Vere & merito maerent omnes, quicumque virum huncce inopinata morte ex vivorum numero exemptum noverunt. Ast luctum hunc lenire merito debet, quod complures viros magnos subita morte ex statione evocatos legimus, & quod

quod mortem hanc piam non interitum, sed in vitam meliorem
transitum esse scimus, ac credimus. Eodem hocce die quo SI-
BETHUS noster lucis hujus usura privatus, Quintus Fabrus
dum Romæ calciatur & in curiam contenderet, concidit, &
expiravit: Quis ignorat Diodorum, Homerum, Aristotelem,
Philetam solo pudoris affectu præ dominante extinctos? Zenonē
& Cajum Aufidium levi pedis offensione, Pompejum Deos sa-
lutantem, Manlium Torquatium placentiam appetentem, Hör-
tensium in medio foro perorantem, Quint. Scapulam cœnantē,
Decium & Sauffejum prandentes, Anacreontem acino uvæ,
Tranquiniū Priscum exili piscis osse, milites Cyri inopinato
frigore oppressos, alios ovi sorbitione, vini levis haustu, similique
genere mortis ex hoc ergastulo eductos, subito in patriam cœle-
stem transvolasse? Taceo exempla virorum doctorum sancto-
rum, quorum complures stantes in suggestis, fideles Dei milites
subito animas efflarunt. Non itaque mors subita quemquam ter-
reat, sed potius unumquemque ad mortis crebram imò perpetuam
meditationem, & ad latam ex hac miseria præparationem, im-
pellat, & inopinam citamque mortem hominem pium & præpara-
tum invadentem, singularem Dei clementiam esse statuatur: quæ
Gentiles sola luce naturæ illustrati, agnoverunt. Agamedes
& Triphonius ob templum Apollinis exstructum præmium po-
stulantes, responsum ab oraculo tulerunt, fore ut septimo post
die voto potirentur, quo illucescente, supplicantes suavi sopore
correpti, placidissimo quasi somno animam exhalarent.
Mater Bitonis & Cleobis simili modo filijs præmium
pietatis à Junone decerni rogans, voti compos facta, præmij
locum somnum filijs immisissum, eoque mortem placidam concilia-
tam, obtinuit. Salomon hinc beatos deprædicat quibus ex hoc
mundi carcere, quam citissime evolare contingit. Solon si re-
visceret, & viduam piæ defuncti immodice lachrimantem
cerneret, eam in superiore aliquam adificij partem dedu-
ceret, & (uti amico quidam suo fecisse legitur) recta vici-
norum


horum circumspicere & cogitare quanta & quod genera ma-
rorum & luctuum sub ijs fuissent & etiamnum laterent &
propediem immineret, iuberet, simulq; vita humana commu-
nia mala, uti propria, deslere vetaret. Paulus vero Apostolus
redivivus, si fletus, ejulationes nimis inaudiret, plorantibus
militibus caeleste panderet & in eo repositam pie morientibus
vita aeterna coronam ostenderet, ad quam, bonam militantes
militiam retinentes fidem & conscientiam, contendentes, libe-
rari ex hujus vita numellis, & cum Christo esse & vivere de-
siderant. Hoc quin defunctus HENRICUS voverit, du-
bitandum minime sed firma fide credendum, cum in paradiso
caelesti, ubi nec frigus nec dolor sentitur, nec gemitus au-
ditur, nec malum timetur, sed summum bonum possidetur,
cum toto angelorum choro latum melos Emanuelli nobis nato
& dato accinere. Hoc gaudio fruisi piam animulam vidua
maestissima, parentes & affines tristissimi sinant, & paulo post
in caetu Sanctorum maritum, generum, fratrem, & affinem,
se revisuros, statuunt. Quod insuper illi a nobis contendunt,
ut gratiam pijs manibus debitam praestemus & Exequias fune-
rales cohonestemus, id a nobis Christiana Charitas, justa con-
dolentia, & gravis Syracidis c. 7. admonitio, efflagitat. Cum
itaq; hodie corpus exanime matri suae reddendum sit, rogo &
moneo Academia nostra cives officiose & amanter media 12.
frequentes in Mariana aede convenire, funus comitari, erga
defunctum ejusq; familiam amorem & sympathiam contestari
haud graventur: atq; ita annum hunc feliciter auspicientes,
de eodem ita transigendo cogitent, ut quavis hora ad tuba cae-
lestis sonitum, vel praconis citationem, parati consistant, & du-
cem suum ad castra Angelorum in aeterna gaudia, ubi an-
nus unus perpetuus, sine fine & interruptione erit clypeo fidei
& thorace justitiae armati, fortes & intrepidi sequantur: Quod
ut faciant, & obtineant animitus omnibus & singulis compre-
cor. 4. Non. Jan. Anno 1620.





manorum Re
tionem indaga
annum Exor
lix, optatumq
subditi vove
Eumq; more
Ecclesia sand
gilius. Et hif
contestantur
felicibus au
bus hujus ur
diei hujus a
nobilissimi
affinis. Et c
nem nuncia
sam. Et occ
pradictus,
quasi vinc
huic quem

3 Januarias
tempus recur
rcis quam Ro
bus juxta ae
nnes jubileas,
fuisse, ex hi
umentis acce
Pompilius, Ro
anni supputa
ijs non tantum
in auspicium fe
um sibi invicem
mur instituit:
in primitiva
Polydorus Vir
experientia ipsa
novi hujus anni
incipio, Et omni
atra nubecula
t, Et obitus viri
RICI Sibethy
, prater opinio
nias miscendi, cau
prabet. Numa
smodi perpetuum
n agnoscens, mensi
à Jano bifronte in
didit:





Alendas Nonasq; Januarias
 circa hocce anni tempus recur-
 rentes, tam Græcis quàm Ro-
 muleis, gentilibus juxta ac
 Christianis solennes fubilæas,
 votivas, festasq; fuisse, ex hi-
 storiarum monumentis acce-
 pinus. Numa Pompilius, Ro-
 manorum Rex secundus, exactiorem anni supputa-
 tionem indagans, à Calendis Januarijs non tantum
 annum exorsus est, sed & ut ejusdem auspicium fe-
 lix, optatumq; successum & progressum sibi in vicem
 subditi voverent, & comprecarentur instituit:
 Eumq; morem pium ac laudabilem in primitiva
 Ecclesia sanctè observatū fuisse, cum Polydorus Vir-
 gilius & historiæ Ecclesiæ scriptores, tum experientia ipsa
 contestantur. *K*ub novi hujus anni
 felicibus auspicijs incipio, & omni-
 bus huius diebus contra nubecula
 & obitus viri
 C. Sibethy/
 ter opinio-
 endi, cau-
 Numa
 tum
 nensi
 ante in-
 didit:

